



Sammelband von Dina



U. g. 1975

POSITIONES
DISPUTATIONIS I.
Libr. IV. Institut.

DE FURTO ET
RAPINA

*Ex tit. 1. & 2. nec non aliis D. & C. texti-
bus convenientibus desumpta,*

Q V A S

Divina annuente clementia

PRÆSIDE

Nobiliss. Clariss. ac Consultissimo viro

Dn. ARNOLDO DE REYGER IC.

& in celeberrima Academia Salana Pan-
dectarum professore publico
dignissimo

In privato Collegio defendere conabitur

GERHARDVS AB HOLTZ
Hamburg.

E A S D E M Q V E

CLARISSIMIS AC PRVDENTIS-
SIMIS VIRIS Dn. HENRICO AB HOLTZ V.I.D.
patruo suo, Dn. FRANCISCO SCHROEDERO
Med. Doct. affini, Dn. THEODORO AB HOLTZ
Senatori apud Hamburgenses primario, patruo: patronis
simul ac fautorib. suis summa observantia colendis,
in studiorum suorum atq; obsequii testimoni-
um offert ac dedicat.

I E N Æ

TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.

ANNO MDLXXCV.



Continuatio.

EXpositis haecenus lib. 3. modis acquirendi & tollendi obligationes ex contractu vel quasi, iusto ordine iam dicendum quoq; erit hoc lib. 4. de modis acquirendi obligationes ex delictis vel quasi *princ. Inst. b. t. & ibi Dd.*

Delicta verò vel maleficia in genere sunt offensiones illatae contra jus *a*: Suntq; duplicia, Privata & Publica *b*: Privata sunt, quorum accusatio non cuivis privato, sed tantum in specie laesis data est. Publica quorum accusatio cuivis ex populo concessa est. Privatorum delictorum hic in initio lib. 4. recensentur & explicantur 4. Ut Furtum, Rapina, Damnum iniuria datum, & Iniuria in specie, inter quae cum furtum merito tanquam frequentissimum primum locum obtinere debeat, de eo nobis iam dicendum erit *a*.

a Ut definit ea post Bodin. *Vult. lib. 1. Jurisp. c. 45.* *b* l. 1. in *pr. de pub. iud. §. 1. Inst. eod. t. t. D. de priv. del. Schneid. ad pr. n. 5. 6. & 7. Inst. de furt. & ibi Myns. VVes. in parat. ad tit. de priv. del. n. 3. Duar. 1. Diss. annivers. c. 36. & 37. Delrio ad l. Transigere C. de Transact. n. 4.*

T H E S I S I.



FURTUM ITAQUE (QVOD tanquam rei convenientius iuxta Graecos & Latinos à ferendo dictum putamus *a*) Est contractatio *b* fraudulosa, lucrificandi gratia facta, vel ipsius rei *c*, vel etiã usus *d* eius possessionisve *e*.

a l. 1. in *pr. D. h. t. & §. 2. Inst. eod. VVes. in parat. n. 2. hic licet Labeo potius & cum eo Nonius & Varro à furvo sive nigro, quod pluraq; furti de nocte fiant, (quod Gell. reprehendit*

prehendit lib. II. noct. Attic. c. ult.) Et Sabinus à fraude dictum ve-
 lint d. l. I. in pr. b. d. l. I. §. 3. & §. I. Inst. h. t. quibus adde l. 3. §.
 18. de acquir. poss. & l. 52. §. 9. D. de furt. Sub contrectatio-
 ne etiam invitum dominū intelligimus, non enim potest
 contrectatio verè furtum dici, si voluntate domini fiat,
 licet fur eo invito fieri putaverit. l. 46. §. 8. l. 43. §. 5. D. h. t.
 §. 8. in pr. Inst. eod. multo minus si fur sciverit se voluntate Domini
 contrectare. d. l. 48. §. 2. D. h. t. vel saltem probabili errore putaverit
 l. 46. §. 7. D. eod. §. 7. Inst. eod. Volenti enim furtum fieri posse omni-
 no negamus. Dd. iam LL. Schneid. ad §. 8. in pr. Inst. h. t. Gomez.
 var. resol. c. 5. n. 1. Forcat. in Necyom. Dial. 29. n. 2. & seqq. Diff. ta-
 men Alciat. lib. 1. disp. c. 10. c. vide eleganter VVes. ad d. §. I. Inst.
 h. t. n. 4. d. Hinc proprietarius & usum vel possessionem habentibus
 in eadem re, furtum facere potest l. 20. §. I. l. 15. §. I. & 2. l. 59.
 D. h. t. De eo tamen nondum constat satis inter Interpp. An debitor
 qui creditori pignus, quod ei obligaverat aufert, fur dicendus sit?
 Nos affirmantibus adscribimus arg. §. 10. & 15. Inst. h. t. l. 19. §. 5.
 & 6. l. 66. in pr. l. 3. l. 22. in princ. l. 36. in pr. de pig. act. Cuiac. lib.
 16. obs. 30. & lib. 2. Notat. c. 29. Diff. Rob. lib. 2. recept. lect. c. 9. &
 lib. 2. animad. & Notat. c. 29.

II.

Furtum verò vulgariter & præcipuè dividitur in
 Manifestum & nec manifestum a, Manifestum id dicitur,
 si fur b cum re furtiva à Domino vel quovis alio c
 deprehensus fuerit d, antequam cum ea ad locum de-
 stinatum perveniat e, vnde patet nec manifestum dici
 illud, de quo idem affirmari non possit f.

a §. 3. Inst. h. t. l. 2. l. 3. in pr. & §. 2. l. 4. 5. 6. 7. & 8. D. h.
 t. b vel etiam is qui sciens rem furtivam perferendam acceperit. l.
 35. in pr. D. h. t. c d. l. 3. §. I. & l. 7. §. ult. D. h. t. d Verum non
 sufficit visum esse furtum fieri, ut patet ex l. 7. §. I. Cuiac. II. obser.
 38. Vult. I. Iuriss. c. 48. n. 90. & seqq. e vide l. 4. D. h. t. Gell. d. l.
 11. c. 18. f l. 8. D. h. t. d. §. 3. Inst. eod. l. 5. §. I. l. 52. §. ult. D. eod.

III.

Dividitur præterea furtum ratione accidentium a
 In oblatum & conceptum b, In diurnum & noctur-
 num c, In domesticum & non domesticum d.

A 2

a VVes.

a *VVes. in parat. n. 8. hic* b *§. 4. Inst. h. t. Paul. 2. sent. c. 31.*
Gell. d. l. 11. c. ult. Verum cum ille mos vetus inquisitionis rei uirtive
cum lance & licio in desuetudinem iam pridem abierit ut notat Gell.
lib. 16. noct. Attic. 10. etiam huius distinctionis usus fere nullus d. §.
4. Inst. b. t. & ibi Hotom. notat tamen Myns. & Schn. etiam hodie si
certa adsint iudicia, rem furtivam in domo alicuius implorato magi-
stratus officio queri posse vide Clar. d. §. furtum n. 3. c vide Cuiac.
11. obs. 22. d vide l. 52. D. h. t. VVes. d. n. 8. in parat. D. h. t.

IV.

Causa efficiens.

Causa efficiens furti, est fraudulosa voluntas & contrectatio a, nam sine furandi affectu furtum fieri nequit b, cum propositum & voluntas delinquentiam maleficia distinguant c.

a *VVes. in par. n. 9. hic* b *§. 7. in fine & §. 18. Inst. h. t. l. 22. in pr. & §. 1. l. 43. §. 11. l. 52. §. 20. D. eo. Hinc etiam furtum facere dicitur is, qui sciens à Domino ignorante indebitum accepit l. 16. D. de cond. furt. l. 38. §. 1. de solut. l. 21. §. 1. l. 43. in pr. & §. 1. & 2. l. 44. in pr. & §. 1. c d. l. 53. & Myns. ad §. 1. n. 5. Inst. h. t.*

V.

Causa materialis.

Materia furti sunt res ipsæ, quarum vel circa quas, ut furtum fieri possit, necesse est easdem esse corporeas a, mobiles b, alicuius c dominio usui vel possessioni subiectas d.

a *arg. l. 1. si is qui 57. D. h. t. & ibi Goth. Incorporales enim res in iure etiã nec tangi nec contrectari nec moveri posse, intelliguntur ut tit. Inst. de reb. corp. & incorp. l. 43. §. 1. de acquir. rer. dom. Schn. ad §. 1. Inst. h. t. n. 4. & ibi gl. b vide VVes. in parat. h. t. nu. 10. quia hæc tantum in fraudem domini auferri & occultari possunt §. 2. in fine Inst. de usucap. l. 83. in fine D. eod. & ibi Cuiac. & Goth. l. 25. in pr. D. h. t. Gell. lib. 11. noct. Attic. c. ult. adde tamen d. l. 25. §. ult. & l. 57. D. eod. c scil. alieni, res enim quatenus propria, eius furtum fieri nequit l. 15. §. 2. l. 55. & 59. D. h. t. & ibi Goth. Quando enim aliquid semel meum, tunc amplius meum fieri nequit. d furtum enim non fit nisi sit cui fiat l. 43. §. 5. D. h. t. Gell. d. lib. 11. c. ult. in fine, nec refert an fur eum sciat vel ignoret. d. l. 43. §. 4. D. eod.*

VI.

Ex quo apparet nec rerum quæ nullius in bonis sint, puta

puta Iure naturali communium *a*, nec pro derelicto
habitarum *b*, nec rerum hereditariarum ante aditio-
nem ex Iuris subtilitate furtum committi posse *c*.

a l. 26. in pr. D. h. t. l. 5. §. 2. 3. & seqq. D. de acquir. rer.
dom. & §. 12. 13. 14. 15. 16. 17. & 18. Inst. de rer. divis. & ibi
DD. *b* quia & hæc statim. inventori acquiruntur. l. 1. l. 5. §. 1. &
tot. tit. D. pro derelicto l. 43. §. 5. 6. & 11. D. h. t. d. l. 43. §. 5. l. ult.
D. expil. hered. adde Th. 5. sup. lit. d. Diversum verò est in rebus non
derelinquendi animo proiectis vel amissis, quarum iure communi fur-
tum fieri potest l. 43. §. 6. & seqq. D. h. t. Non tamen iure
Saxon. ut notat VVes. in parat. n. 10. h. t. c. l. 14. §. 14. l. 68. D. h.
t. l. 6. §. ult. de act. rer. amot. l. 40. §. fin. D. de hered. pet. l. 40. de
noxal. act. Cic. lib. 7. Epist. fam. 22. nisi in casibus l. 69. l. 70. d. l. 14.
§. 14. D. h. t. & d. l. 35. D. de usucap.

VII.

Potest denique & hominis furtum fieri, nec solum
servi *a*, ancillæ & statu liberi *b*, sed etiam liberi *c*.

a l. 14. §. 11. l. 82. §. 2. l. 4. l. 6. 16. 8. C. eod. qui & sui ipsius
furtum facere potest l. 60. D. h. t. l. 1. C. de ser. fug. l. 15. de acquir.
poss. *b* d. l. 52. §. 29. D. eod. c. l. 14. §. 13. l. 58. §. 1. l. 67. §. 2.
l. 37. D. h. t. §. 9. Inst. eod. & ibi Schn.

VIII.

Huic commodè subjici potest dubia illa quæstio:
An rei minimæ furtum fieri possit? cuius affirmativam
Iuris rationibus magis congruam esse putamus.

arg. l. 37. l. 77. D. h. t. l. 5. §. 6. de acquir. rer. dom. §. 16. Inst.
de rer. divis. & ibi DD. princ. Inst. de vi bon. rap. & ibi VVes. num. 4.
Novell. 63 cap. 1. arg. §. 6. in pr. Inst. h. t. & l. 53. in pr. D. eod. quia
non tam id, quod furto ablatum, quàm mens furantis attenditur. c.
ult. causa 14. quæst. ult. nec alias pauperum ratio haberetur. vide
Schn. ad d. §. 16. Inst. de rer. divis. Clar. §. furtum n. 23. Horom. lib. 2
Resp. amicub. c. 20. in fine Menoch. de arbit. iud. quæst. lib. 2. ca. 72.
n. 13. eleganter Plato lib. 9. & 12. de LL. Imò Damhoud. in praxi
crim. c. 120. n. ult. probare non dubitat: Eum magis furum censen-
dum qui modicum fruatur quàm qui magnum. Diff. Zas. sing. resp.
26. Couar. lib. 1. var. resol. c. 7. n. 2.

IX.

Causa for-
malis.

Forma est ipsa rei contractatio, sine qua nec fur-
tum subsistere potest a: Fit verò hæc contractatio; ve-
rè vel fictè: Vere, cum res aliena revera apprehenditur
vel amovetur, aut in usum illicitum convertitur b: Fi-
ctè, cum Iuris interpretatione ex effectu pro ea habe-
tur: ut, si quis vel ante furtum opem vel consilium præ-
stiterit c, vel post furtum furem vel rem furtivam cela-
verit d.

a l. 9 in pr. iuncta l. 46. §. ult. l. 52. §. 19. D. h. t. l. 3. §. 18.
de acquir. poss. Sola enim cogitatione vel animo furtum non fit. l. 1. §.
1. D. h. t. l. 18. D. de pœnis Cuiac. lib. 8. ob. 22. Qui itaq; alterius
conclave, licet furandi animo, ingressus est, ante contractationem
fur dici nō potest, quāvis aliàs de iniuria aut vi conveniri possit l. 21.
§. 7. D. h. t. l. 23. D. de iniuriis: nec nudis verbis vel literis contractati-
one non secuta d. l. 52. §. 19. l. 43. §. 3. l. 67. in pr. D. h. t. §. 11. in
fine Inst. eod. b d. l. 3. §. 18. de acquir. poss. l. 54. in pr. l. 40. l. 82.
in pr. D. h. t. l. 16. de cond. furt. c l. 36. d. l. 52. §. 19. l. 50. §. 1. 2.
3. & 4. l. 54. §. 4. D. h. t. l. 20. C. eod. §. 11. Inst. h. Cuiac. 6. obs. 2.
d l. 48. §. 1. l. 35. in pr. D. h. t. l. 14. C. eod. Ves. in par. n. 1. D. h. t.

X.

Causa fina-
lis.

Finis furti est ut rem furtivam fur lucretur, quem
si propositum sibi non habet, neq; fur dicendus erit.

Qui enim rem iacentem eo sine sustulit, ut domino redderet,
fur non est. l. 43. §. 7. & 8. D. h. t. Nec is, qui meretricem ancillam
alienam libidinis causa rapuit, vel qui ianuam alterius, iniuriæ vel li-
bidinis causa effregit, unde postea ab aliis ab eo non inductis furtum
factum est l. 22. in pr. l. 39. l. 53. in pr. D. h. t. Non enim tam ipsum
factum quam causa faciendi inspicere solet. d. l. 39. D. h. t. Non tamen
excusat à furto, quod rem à se ideò sublatam non esse dicat, ut ipse
lucretur, sed alteri donaret, quia etiam species lucri est, ex ali-
no largiri & beneficii debitorem sibi acquirere. l. 54 §. 2. D. h. t. l.
6. C. eod.

XI.

Personæ fur-
tum facien-
tes.

Furtum committere possunt, quicunq; doli capa-
ces sunt, quod cum de infante & infantia proximo dici
nequeat, eos nec furto obnoxios fieri posse dicendum,
secus tamen in pubertate proximo.

§. 18. Inst.

§. 18. Inst. h. t. & ibi Schneid. l. 23. D. h. t. l. 2. §. 19. D. vi. bo-
nor. rapt. l. 4. §. 27. de doli mali & metus except. caret enim intelle-
ctu & voluntate l. 1. §. impuberes C. de falsa moneta l. 189. D. de
Reg. iur. §. 9. Inst. de inutil. stip. Et pro absente habetur l. 7. ad SC.
Trebell. vide Schn. ad pr. Inst. de auctor. tut. In delictis enim etatis
& consilii innocentie ratio haberi solet l. 12. D. ad l. Cornel. de sicar.
l. 16. §. 3. D. de pœnis l. 5. §. 2. in fine D. ad L. Aquil. quod etiam de
Iure Saxon. notat Schn. ad d. princ. Inst. de auctor. tut. hi enim cum
iam doli capaces sint d. l. 4. §. 26. de doli mali & met. except. d. l.
23. D. h. t. d. §. 18. Inst. eod. omnia ferè delicta rei fieri possunt l. 7. c.
de pœnis l. 11. D. de Reg. iur. l. 14. D. ad SC. Velleian. l. 37. in pr.
de minoribus Schneid. ad d. §. 18. Inst. h. t.

XII.

Verum hic iam necessaria solet agitari quæstio:
Quinam pubertati proximi dicendi: In qua varia repe-
riuntur opiniones DD. a. Alii b enim hos dicendos
volunt, qui 10. annos cum dimidio compleverunt. Alii c
eos, qui anno vel 6. mensib. tantum à pubertate distant.
Alii d qui annum 14. vel 15. iam agunt. Alii vero id iu-
dicis arbitrio relinquendum censent, quibus & nos ad-
stipulabimur e.

a ut notat Corras. lib. 6. Misc. c. 23. n. 4. & 5. b ut Schn.
ad d. §. 18. n. 2. Inst. h. t. & sup. ad d. princ. tit. de auctor. tut. n. 13.
gl. ad §. 9. Inst. de inutil. stipul. c ut Cuiac. ad d. §. 9. Inst. de inutil.
stip. & lib. 17. ob. 4. in fine. & lib. 3. Notat. ad animad. Rob. Borch.
ad d. §. 9. & d. §. 18. Inst. h. t. d ut Robertus lib. 2. recept. lect. c.
17. in fine Et lib. 3. animad. c. 23. e arg. l. 1. D. de iure delib.
Dec. ad l. pupillum 111. de reg. iur. Vigl. ad §. Testes Inst. de Testam.
ord. n. 11. Corras. lib. 6. Miscell. c. 23. n. 6. 7. & 8. Hotom. ad d. §.
18. enunc. 7. & ibi Mynsinger. num. 3. Potest enim malitia
sepius supplere etatem c. 1. de delict. iniur. arg. d. §. 12. Inst. h. t.

XIII.

Effectus prior est, quod res illa furto ablata, fur- Effectus 1.
tiva dicatur a, ob quod vitium l. Artinia à nullo usucapi
potest b, nec ab ipso fure c, nec à quovis alio, etiam
bonæ fidei possessore d, antequam vitium hoc purge-
tur, quod fit, si in potestatem domini e, procuratoris f
aut

aut tutoris g scientis h verè & rectè i redierit, aut fur domino heres existent k, vel eandem postea a domino emerit l.

a Quod tamen non simul ad pretium ex re furtiva redactum extenditur l. 48. §. ult. & ibi Goth. l. 52. §. si Titius 17. D. h. t. b l. 84. D. h. t. l. 10. c. 12. C. eod. l. 1. C. de usucap. pro emt. l. 33. D. de usucap. §. 2. Inst. eod. Gell. lib. 17. noct. Attic. c. 7. c quia omnino bona fide caret sine qua usucapio non procedit l. 2. in princ. D. pro emt. l. un. C. de usucap. transf. pr. Inst. de usucap. l. 2. C. de presc. lon- temp. d. l. 7. C. de usucap. pro emt. l. 8. C. h. t. l. 24. de adquir. poss. d. §. 2. vers. quod autem Inst. de usucap. ubi enim lex usucapionem prohibet, ibi nec bona fides prodest arg. l. 4. §. 6. D. de usucap. l. ult. D. de vi bon. rap. d. vers. quod autem Gell. d. lib. 17. c. 17. e l. 4. §. 6. D. de usucap. d. l. 2. C. de usucap. pro emt. l. 56. §. 2. l. 84. D. h. t. l. 10. c. 12. C. eod. §. 12. Inst. h. t. d. l. ult. D. de vi bon. rapt. f l. si rem 41. D. de usucap. g l. interdum 56. §. 4. D. h. t. h scilicet rem subreptam fuisse l. 4. §. 12. D. de usucap. l. 7. §. 7. D. pro emtore. & iam in suam potestatem rediisse l. 86. D. h. t. d. l. 4. §. 7. D. de usucap i ita nimirum ut possessio ipsi avelli non possit d. l. 4. §. 12. de usucap l. 13. §. 2. de V. S. k l. cum vir 42. in fine D. de usucap. Borch. ad d. §. 2. Inst. de usucap. l. l. si fur. 32. in pr. D. de de usucap. d. l. 48. D. h. t. l. 6. §. 3. de precario.

XIV.

Effectus.

2. sunt Acti-
ones.

Præterea effectus furti etiam sunt ipsæ actiones ex furto descendentes: Ut sunt a: Actio ad exhibendum b, Rei vindicatio, conditio furtiva & ipsa actio furti, quarum priores 3, ad solam rem furtivam recuperandam profunt c, posterior verò ad meram pœnam, Ex quo apparet, illas in uno iudicio cum hac concurrere posse, & hanc cum illis, ita ut sese invicem non tollant.

a l. 7. §. 1. D. de cond. furt. l. 54. §. 3. D. h. t. l. 1. in prin. D. de priv. del. l. 12. C. h. t. §. ult. Inst. eod. VVes in parat. n. 31. h. t. quarum plures odio furum introductæ §. 14. Inst. de act. b Quæ est actio preparatoria rei vindicationis eiq. coherens, arg. l. 1. & 3. §. 3. D. ad exhib. l. 1. C. eod. l. 38. in pr. D. de peculio l. 2. D. comodat. l. 4. D. de rei vind. c d. §. ult. Inst. h. t. ibiq. Myns. & Schneid. d. l. 7. §. 1. de cond. furt. & d. l. 54. D. h. t. & d. l. 1. de privat. del. d. l. 12. C. h. t. l. 48.

l. 48. D. eod. §. 18. Inst. de action. d. Schneidev. ad d. §. fin.
num. 4.

XV.

Notandum furti agi posse criminaliter & civiliter
a. Criminaliter DD. communiter dici volunt, si pœna
petitur applicari fisco, multo magis si petitur infligi cor-
pori b. Civiliter si petitur applicari parti læsæ.

a l. ult. D. h. t. Schn. ad pr. inst. h. t. n. 8. Oldend. cl. 7. act. 3. n.
9. b Vves. in parat. n. 15. D. h. t. Delrio ad l. Transigere C. de trans-
act. num. 13.

XVI.

Datur actio furti omnibus iis quorum ex causa ho- Actiones
quib. dentur
nesta speciatim interest a rem furto sublatam non fuisse
se, id est, ad quos damnum ex re subrepta directo rēdit,
quod non solum inferri potest iis, ad quos res ipsa aut
ius in ea pertinet b, verum etiam illis, qui ob rem sua
culpa subreptam tenentur domino c, cuius voluntate d
illam apud se habebant.

a l. 11. & 10. l. 76. §. 1. l. 14. §. 2. l. 71. §. 1. l. 80. §. 1. l.
53. §. ult. l. 52. §. 29. D. h. t. §. 13. Inst. eod. & ibi Schn. num. 2. &
Myns. Vnde constat malæ fidei possessori actionem furti non compe-
tere, licet eius intersit, quia de improbitate sua consequi actionem
non debet. l. 12. §. 1. l. 14. §. 4. l. 76. §. 1. quod tamen fallit in casu l.
84. §. 4. D. h. t. De quo vide Cuiac. lib. 26. obs. 30. b l. 25. §. 1. l.
14. §. 2. l. 26. §. 1. l. 46. §. 1. & 3. D. h. t. c. Ut creditori cui pi-
gnus aufertur. l. 14. §. 5. 6 & 7. l. 15. in pr. l. 46. §. 4. l. 87. l. 52. §.
4. D. h. t. l. 22. in pr. de pig. act. §. 14. Inst. h. t. Commodatario l. 14.
§. 15. D. h. t. §. 16. In. eod. vide tamē omnino l. ult. C. h. t. conductori
l. 14. §. 22. & l. 58. D. h. t. Mandatario d. l. 14. §. ult. Depositarius
verò cum ex sua culpa non teneatur, furti non ager l. 13. §. 5. D. h.
t. §. 17. Inst. eod. §. præterea Inst. quib. mod. re cont. ob l. 1. D. de ob-
lig. & act. l. 20. Depos. nisi etiam de culpa præstanda convenerit l.
2 §. 23. & 24. vi bon. rapt. aliàs enim ex dolo actionem non habeo-
bit arg. l. 14. §. 8. & 9. d. l. 85. D. h. t. iuncta l. 53. §. 3. D. eod.

XVII.

Differunt Condictio furtiva, & Rei Vindicatio ab
Actione furti, quod illæ dominis tantum dentur, non
B cui-

cuiuslibet cuius interest *b*. Conveniunt verò in illo, quod
dentur etiam heredibus *b*.

a l. 14. §. 16. l. 1. l. 10. §. 2. & 3. & l. seq. 11. de cond. furt.
l. 23. in pr. de rei vind. §. ult. Inst. h. t. *b* l. 47. D. h. t. & l. 1. §. 1. de
privat. del. l. 11. D. de cond. furt. l. 17. C. de furt. l. si ager 50. §. 1.
de rei vind.

XXIII.

Aktionen
contra quos
dentur.

Datur actio furti vel adversus hunc, qui aut revera re
ipsam, eius usum vel possessionem furandi animo con-
tractavit *a*: vel fictè, puta consilium vel *b* opem ad
furtum conferendo *c*, dolo malo *d*, vel rem furtivam
vel furem scienter celando *e*. Servi verò nomine Actio
furti noxalis in dominum datur *f*.

a Vnde proprietario etiam contra usufructuarios vel posses-
siones dari potest l. 46. §. 6. l. 40. l. 71. in pr. l. 54. in pr. l. 67. §. ult.
l. 73. D. h. t. Gell. lib. 7. noct. Att. c. 15. Et vice versa his contra illum
l. 15. §. 1. l. 20. in pr. & §. 1. l. 19. §. 5. & 6. l. 61. §. 8. & l. 66. in
pr. l. 79. l. 87. D. h. t. *b* quia etiam alterutrum horum sufficere puta-
mus l. 53. de V. S. & ibi Goed. n. 16. & seqq. Diss. Iul. Pac. cent. 4. q.
25. *c* §. 11. Inst. h. t. l. 6. de cond. fur. l. 36. in pr. & §. 1. l. 54. §.
4. D. h. t. l. 20. C. eod. licet etiam contra furem principalem Actio
furti negetur. d. l. 36. §. 2. D. h. t. l. 14. D. commodati §. 12. Inst. h.
t. l. 52. in pr. & §. 1. D. eod. l. fin. C. de noxal. act. & hic semper fur
nec manifestus est l. 35. D. h. t. *d* sicut enim nemo sine dolo malo
furtum facit, ita nec sine eo opem vel consilium tulisse dicitur l. in
furti 50. §. 2. 3. & 4. Vnde qui furtum non facere, ut infans, nec
consilium vel opem ferre, potest l. 23. in fine l. 90. §. 2. D. h. t. *e* l.
14. C. h. t. l. 35. D. eod. non verò is qui furem novit, nec indicat. l.
48. §. 1. D. h. t. Plato lib. 12. de ll. f. l. 41. §. 2. l. 35. §. 1. l. 52. §.
3. & 4. l. 61. in pr. & §. 1. & seqq. l. 56. §. ult. D. h. t.

XIX.

Excipiuntur verò quædam personæ, quæ etsi fur-
tum faciant, furti tamen non tenentur, Vt sunt Fures
domestici: Coniunx *a*, Filius *b*, Servi *c*, contra
quos actionem furti Coniunx, Parens vel Dominus in-
stituire nequit.

a l. 1. 7. & pen. D. de act. rer. amot. l. 36. §. 1. l. 52. §. 1. D.
h. t. l.

h. t. l. 17. C. eod. in honorem enim matrimonii merito turpis hac actio
negatur l. 2. D. de act. rer. amot. adde l. fin. §. 4. C. h. t. Divortio ta-
men facto actio rerum amotarum datur. d. l. 1. de act. rer. amot. nisi
post divortium etiam furtum faciat l. 3. in pr. de act. rer. amot. vel in
matrimonio etiam servus eius furtum fecerit d. l. 3. §. 1. de act. rer. a-
mot. l. 52. §. 3. D. h. t. his enim casibus etiam furti actio datur contra
coniugem. b l. 17. in pr. d. l. 52. §. 4. D. h. t. §. 12. eod. ipsa enim
natura rei impedimento est. l. 16. D. h. t. c d. l. 16. & 17. l. 43. §.
ult. & arg. l. 44. §. ult. in fine l. 1. C. de noxal. act.

XX.

Deniq; hac actio, licet perpetua dicatur, datur
tamen tantum quoad ipse fur vivit a. Adversus here-
des enim non conceditur b, ultra id, quam quod ex
dolo defuncti ad eos pervenit c, nisi lis, cum defuncto
contestata fuerit, quia pœnalis.

a in pr. Inst. de perpet. & temp. act. l. 41. §. 2. D. h. t. Olden-
dorp. cl. 7. act. 3. n. 8. b l. III. §. 1. l. 156. §. 2. D. de Reg. Iur. l.
15. C. h. t. §. 2. Inst. de perpet. & temp. act. Maleficia enim suos tene-
re debent auctores non alios: Et ubi noxia est, ibi & pœna esse debet
l. 22. C. de pœnis l. 26. D. eod. tot. tit. C. si reus vel accus. & c. l. un.
C. ex delict. def. in quant. & c. c l. 44. D. de reg. Iur.

XXI.

Et haftenus de actione furti mere pœnali, sequun-
tur actiones nudæ rei persecutoriæ, quæ a priori, tum
ipsæ inter se non parum differunt. Condictio enim fur-
tiva tantum datur contra eum, qui furtum fecit, eiusq;
heredes & successores, alios a Rei vindicatio non tan-
tum contra dominum b, sed quemvis etiam possessio-
rem rei furtivæ c.

a l. 5. & 6. l. 7. §. ult. l. 11. D. de cond. furt. §. ult. Inst. h. t. l. 1.
in pr. de privat. del. l. ult. in fine usus. quemad. cau. b l. 131. D. de
Reg. iur. l. 27. §. 3. l. 36. in pr. de rei vind. c l. 9. l. 24. de rei vind.
l. 1. & 2. C. ubi in rem act. d. §. ult. Inst. h. t. d. l. 1. in pr. de priva. del.

XXII.

Hic tamen adhuc in dubium vocatur: Num condi-
tio furtiva detur adversus heredes tantum in id, quan-
tum ad eos pervenit: An verò in solidum? quod ulti-
mum

mum nixi LL. cum communi DD. schola asseverare non dubitamus.

l. 9. l. 7. §. ult. D. de cond. furt. Duar. ad d. r. c. 3. Et VVesen. in parat. n. 7. Pet. Fab. ad l. 38. n. 20. D. de Reg. iur. Ant. Fab. lib. 4. coniect. c. 1. Diss. Cuiac. lib. 7. obs. 37 & lib. 13. ob. 37.

XXIII.

Finis actio-
num.

Finis actionis furti, est ipsa poena, quae secundum varias gentes, & diversa tempora varia fuit a: Apud Romanos tamen posterioribus temporibus & quidem ipsius adhuc Iustin. Fur manifestus in quadruplum, Non manifestus in duplum praeter rei persecutionem ordinariè puniebatur b, quae quadruplatio vel duplatio fit veri pretii rei, si dominus agat c: Aliàs eius quod interest d: Refertur verò ad id tempus quo res unquam plurimi apud furem fuit e, nilque refert an res furtiva in rebus humanis adhuc sit, nec ne f. Cui addendum furem praeterea etiam infamia notari g.

a Vide Gell. lib. 11. cap. ult. in pr. c. Oldend. cl. 7. act. 3. nu. 6. Borch. & Myus. ad §. 5. Inst. h. t. b l. 46. §. 2. D. h. t. l. 11. C. eo. Paul. lib. 2. sent. tit. 31. §. 12. §. 5. Inst. h. t. Gell. d. c. ult. Eius verò diversitatis poenae rationes vide apud Schn. ad §. ult. Inst. h. t. n. 4. & VVes. d. loco & Cuiac. 19. ob. 12. c l. 50. in pr. l. 80. §. 1. D. h. t. d. d. l. 80. §. 1. l. 67. §. 2. & l. 27. & 32 D. h. t. Duar. ad hunc tit. c. 7. e d. l. 50. in pr. & d. §. 2. D. h. t. l. 13. D. de cond. furt. Vnde illud: estimationem rei furtiva crescere quidem posse, sed non decre- scere. l. pen. D. de act. rer. amot. & Goth. ad d. l. 50. in pr. f l. 46. in pr. D. l. 50. in pr. D. h. t. l. 9. C. eod. g l. 63. D. h. t. l. 6. in pr. & §. 1. D. de his qui not. inf. Paul. lib. 2. sent. 31. §. 14. Oldend. d. act. num. 9.

XXIV.

Huc pertinet quaestio: Si res à pluribus auferatur, quam singuli tollere non potuissent, an quilibet eorum pro rata, an verò in solidum furti teneantur? De qua cum LL. dissimiliter loqui videantur, sub distinctione respondebimus.

Vide l. 21. §. pen. D. h. t. l. 30. D. de usucap. in pr. l. 51. §. 2. in fine D. ad l. Aquil. l. 29. D. de solus. Hotom. in illust. quaest. 33.

Non

XXV.

Non cōvenit præterea inter Interp. an patri a nomine filii. subrepti actio civilis competat, qua duplum vel quadruplum petitur eius quod interest? Nos affirmantibus adstipulamur b.

a Hic enim nomine filii. subrepti agere potest l. 14. §. 13 l. si filius. 37. non mater l. 38. D. h. t. b per d. l. 14. & l. 37. §. 9. Inst. h. t. Vbi Schn. n. 1. Myns. n. 3. Cuiac. lib. 17. ob. 11. Dissent. Accurs. & Hotom. ad d. §. 9. Inst. h. t. enunc. 1.

XXVI.

Postquam verò propter frequentiam huius delicti ad deterrendos alios, pœna exacerbanda fuerit a: Fredericus Imp. expressa constit. promulgavit, ut fures valoris 5. solidorum vel maioris, laqueo suspendantur, minoris scopis & forcipe excoriantur, qua pœna etiam simplices fures afficiendos voluisse, contra communem affirmamus b.

a iuxta l. 16. §. ult. D. de pœnis l. 1. in pr. C. ad l. Iul. reperiend. vide VVes. in parat. n. 15. D. h. t. & Schn. ad §. ult. Inst. h. t. nu. 6. b arg. §. ult. in pr. de pace tenenda & eius violat. in usib. feud. quam pœnam in plerisque locis hodie etiam capitalem adhuc esse testatur Oldend. d. cl. 7. act. 3. n. 6. in fine Myns. ad §. 5. Inst. h. t. Et de iure Saxon. VVes. d. n. 15. & Schn. ad d. §. ult. n. 7. Diss. Alvar. in d. §. ult. & Zas. ad §. 18. n. 3. Inst. de actionib.

XXVII.

Hic tamen à DD. ad huc in controversiam deduci solet: An ob unum saltem magnum furtum quis laqueo suspendi possit, ubi affirmativam de stricto iure veriore censemus.

arg. l. ult. D. de furt. iuncta l. 11. §. 1. D. de pœnis artic. 160. p. 2. D. Myns. ad d. §. 5. Inst. h. t. in fine. Diss. Iul. Clar. §. furtum n. 9. Gomez. var. resol. c. 5. n. 7.

XXVIII.

Quæritur hic præterea: An is qui animo furandi opem vel consilium furi ante furtum præstitit, adhuc eadem pœna cum fure afficiendus sit, quod affirmandum

putamus, praesertim si aliàs furtum non fuisset commissum.

arg. l. 50. §. ult. l. 34. D. h. t. l. 15. D. ad l. Cornel. de sicar. l. 6. de cond. furt. l. 11. §. 6. D. de iniur. Damhoud. in praxi crim. c. 116. n. 1. 2. & 3. Schn. ad §. 11. Inst. h. t. n. 8 & seqq. Alciat. ad l. 53. §. ult. de V. S. n. 35. Diss. Vves. ad d. §. 11. Inst. h. t. & in par. n. 11. eo.

XXIX.

In poena verò infligenda cum variæ circumstantiæ loci, temporis & personarum considerandæ sint, merito furibus domesticis in levioribus parcendum erit, aut in maioribus mitius puniendi a. Sic etiam L. 12. tab. distinguit inter nocturnum furem & diurnum, ita, ut nocturnum in re alicuius momenti, addita inclamatione defendendi causa occidere liceat. Diurnum verò non aliter nisi telo insuper restiterit b.

a l. 11. §. 1. D. de poenis Vves. n. 8. in parat. D. h. t. adde Clar. §. furtum n. 22. b l. 4. in pr. & §. 1. & l. 5. D. ad l. Aquil. l. 1. & 2. de furib. baln. l. 9. D. ad l. Cornel. de sic. l. 54. §. 2. D. h. t. l. 3. D. de iust. & iur. Nocturnus enim atrocior & violentior indicatur diurno Cuiac. 11. obs. 27. & 14. obs. 15. & 15. ob. 31. Macrobi. 1. Saturn. 4. Gell. d. l. 1. c. ult. Damh. in pr. crim. c. 78. n. 1. 2. 3. & 4. Alex. ab Alex. Genial. dier. lib. 6. c. 10. Hinc deniq; ratio etiam habenda erit. An famis necessitate edulia quis abstulerit, an verò contumacia res sibi minus necessarias Cag. in l. qui propter de Reg. iur. nu. 3. Vvesen. nu. ult. in parat. b. t.

XXX.

Cum verò hodiè ex Const. Caroli V. fures suspendi debeant, & soleant: Hic subjici quoque non incommode illa quæstio potest: An fur qui rupto laqueo in terram deciderit à poena liberetur, quod negamus, praesertim culpa furis aut carnificis præcedente.

Iul. Clar. §. fin. quæst. 98. n. 9. Muscor. de iurisd. n. 93. Cagn. ad l. 125. de reg. iur. Delicta enim impunita manere non debent l. 51. §. 2. D. ad l. Aquil. l. 13. in pr. D. de offic. pras. l. 3. C. de Episc. aud. Ex quo fundamento & etiam facile colligere licet, mala introductum esse consuetudine in quibusdam locis, ut damnatus ad supplicium ca-

am capitale, liberetur per mulierem eum in maritum petentem arg.
l. 8. §. ult. C. ad l. lul. de vi pub. Schn. ad pr. Inst. h. t. n. 3. Clar. d. quest.
n. 6. & Gomez. c. 13. delict. nu. 37. versic. Quintus casus, Solus e-
nim princeps pœnam remittere potest. l. 27. in pr. l. 9. §. 11. D. de
pœnis l. 45. §. 1. de re iud. Diff. tamen VVes. in parat. de pœnis nu. 9.
Decius ad l. 167. de Reg. iur. n. 8.

XXXI.

Finis conditionis furtivæ est, ut ipsa res furtiva si
extet, restituatur, si non extet eiusdem æstimatio, col-
lata ad illud tempus quo res unquam plurimi fuit a, u-
nâ cum fructibus b; Imò impensas etiam à fure factas,
ipse fur præstare simul cogitur c. Rei vindicationis ve-
rò est, ut res furtiva eadem reddatur à quovis possessio-
re, etiam regulariter non restituto precio d.

a l. 8. §. ult. de cond. furt. l. ult. C. eod. l. pen. de act. rer. amor. l. 2
C. de his que vi metusve & c. l. 46 in pr. D. h. t. quia semper fur cres-
ditur in mora fuisse d. l. 8. §. ult. b d. l. 8. de cond. furt. l. 12. C. de
furt. c l. 13. D. de cond. furt. l. 1. C. de infant. oppos. l. 52. §. 14. &
l. 67. §. 2. D. h. t. Donasse enim intelligitur cum sit malefidei posses-
sor. gl. ad d. l. 13. d l. 2. C. de furt. & ibi Gotb. l. 23. & 3. C. de rei
vind. l. 7. C. ad SC. Vall. l. 16. C. de evict. & ibi gl. l. 1. C. de presc. 30.
annor.

XXXII.

Tollitur actio furti non solum per sententiam in iudicio, ^{Contraria} ^{actionum,}
verum etiam Transactione a, vel si Accusatus
iuramentum fecerit se furtum non fecisse b. Cessat ca-
ptivitate c, non cessat etsi fur pœnitentia ductus rem
furto ablatam domino reddat d, vel alias ad eum redi-
erit e, quod secus est in conditione furtiva: hac enim
cum sola res furtiva persequatur, desinet, si eandem ad-
eptus fuerit f, dominus, aut eius facta alienata g.

a l. 54. §. ult. l. 56. §. ult. l. 52. §. 6. D. h. t. l. 7. §. 14. in fine
l. 17. §. 1. de pactis. b d. l. 52. §. 26. D. h. t. l. 13. §. 2. D. de iu-
re iurando c l. 41. in pr. & §. ult. D. h. t. d l. 65. D. h. t. l. 5. D.
de vi bon. rap. l. 17. §. 1. in fine sup. de adil. edicto. l. 1. §. 25. depositi
e. l. 54. §. 3. D. h. t. §. ult. Inst. eod. l. 12. C. eod. f l. 10. in princ. de
cond. furt. d. l. 54. §. 3. D. h. t. l. 56. D. de oblig. & act. Et hæc
nus de furtis. Sequitur

XXXIII.

De Rapina,

Sequitur Rapina quæ definitione furto plane conveniens, nisi quod in furto contrectatio fiat dolo malo sine vi, Rapina dolo malo cum vi, unde & raptor fur improbius & atrocior dicitur.

l. 2. §. 8. 9. 10. & 24. vers. utilius D. h. t. l. 1. D. de effract. l. 16. §. 6. de pœnis & in pr. Inst. h. t. & ibi Schn. n. 14 & Vves. n. 1. & in parat. n. 1. eod. Cuiac. lib. 6. ob. 2. & lib. 15. ob. 31.

XXXIV.

Fit verò propriè Rapina, ut & furtum, tantum in rebus mobilibus, quæ rapi possunt *a*, & alienis *b*, rem propriam enim rapiens à possessore, vel quam propriam esse putarat, hac actione non tenetur, quia dolo caret: Ad coercendam tamen vim & avaritiam, Dominus rei suæ quam rapuit, dominium amittit, aut si falso putarit se dominum esse, post rei restitutionem etiam æstimationem eiusdem præstare cogitur. Potest deniq; Rapina etiam fieri in re minima *c*.

a l. 1. & 2. C. eod. l. 1. §. 32. de vi & vi armata. §. 1. Inst. h. t. & ibi Vves. & Borch. ad pr. eod. b l. 2. §. hac actione 18. D. h. t. §. 1. Inst. eod. & ibi DD. l. 7. Unde vi l. 4. C. fin. regund. l. 13. D. quod vi metusve. c l. 2. §. 11. D. h. t. pr. Inst. h. t. Novell. 63. c. Atrocitas enim facti non tam iudicatur ex materia, quam animo delinquentis l. 53. in pr. D. de furt. l. 34. in pr. de obl. & act. Vvesenb. ad d. princ. Inst. h. t.

XXXV.

Ex hoc delicto oritur actio peculiaris prætoris, quæ vulgo dicitur Bonorum raptorum *a*, & datur intra annum utilem in quadruplum, si raptor deprehendatur in delicto si non, cui quadruplo ipsa rei persecutio inest, post annum verò tantum in simplum *b*, Potest vero etiam furti nec manifesti in duplum adversus hunc agi *c*; si tamen illa prius aliquis egerit, hæc denegabitur, sed si prius hac, illa ad residuum agere non impedieris *d*: An autem raptor nec manifestus fur esse possit non satis convenit. Nos affirmandum censemus *e*.

a l. 2. in

a l. 2. in pr. & §. 17. D. h. t. pr. Inst. eod. b l. 2. §. 13. & d. princ. Inst. h. t. & ibi Schn. §. 19. Inst. de action. l. 2. 3. 4. 5. C. h. t. lue re Saxon. verò mitissimè agi cum Raptoribus notat Vvesenb. in parat. n. 8. h. t. & Schneid. ad §. 1. Instit. h. t. n. ult. Ex constit. vero Carol. art. 126. Rapina si simplex est capitis pœna punitur, si homicidio coniuncta, rotæ impositione d. const. art. 149. c. l. i. l. 2. § pen. D. h. t. l. 52. §. ult. D. de furt. d. princ. Inst. h. t. & ibi Vves. d. d. l. 1. h. t. l. 88. D. de furt. arg. l. 34. in pr. de obl. & act. e per l. 52. §. ult. & arg. l. 88. D. de furt. l. 1. D. h. t. Cuiac. in parat. C. eod. & lib. 6. ob. 2. Schneid. n. 10. & Borch. ad pr. Inst. h. t. Diff. Hotom. hic. enunc. 2. & 7. Vves. ad d. princ. n. 5.

XXXVI.

Num verò similiter Actio furti manifesti contra bonorum Raptorem intentari possit; inter Interpp. controversatur: Nos affirmantibus ascribimus.

l. 80. §. 3. D. de furt. Vves. d. n. 5. & in parat. D. h. t. num. 7. Borch. ad d. princ. Inst. h. t. Schn. ad pr. n. 12. Hotom. hic. enunc. 1. Rapine enim semper furtum inest. Vves. ad pr. Inst. h. t. si tamen actum sit ante actionem vi bonorum raptorum, hæc locum non habet & contra, ut notat Vves. d. loco in parat. & Schn. ad d. pr. Inst. h. t. n. 12. Diff. Myns. d. princ. Inst. h. t. n. 2.

XXXVII.

Denique rerum raptarum nomine, & actione damni iniuriæ, conditione furtiva & Triticiaria, & Rei vindicatione agi potest a. Imò etiam criminaliter Raptor ex L. Julia de vi privata vel publica propter violentiam accusari potest, cuius pœna aliquando est deportatio, aliquando ultimum supplicium b.

a l. 2. §. pen. D. h. t. l. 10. §. 1. de cond. furt. l. 1. §. ult. de cond. tritic. Vvesenb. in parat. D. h. t. n. 8. b l. 2. §. 1. h. t. D. & C. ad l. Jul. de vi publ. & priv. & §. 8. Inst. de pub. iud. Schneid. ad pr. Inst. h. t. n. 5. & 14. Vves. in parat. n. 8. D. h. t.

XXXVIII.

Ex prædictis iam facile colligere licet: Veriorem esse opinionem illorum qui asseverant, non mitius agi cum bonorum raptore qui vi rapit, quam fure qui clam amovet.

C

arg.



arg. pr. Inst. h. t. in fine & ibi Theoph. Borch. & Hotom.
enunc. 8. Cuiac. in parat. C. h. t. Diss. Mynsing. ad d. princ. n. 6. & ibi
Schn. n. 14. Duar. ad h. t. c. 3.

XXXIX.

Actio hæc vi bonorum raptorum, exemplo actio-
nis furti, non solum datur iis in quorum bonis res rapta
fuit, sed etiam aliis, quoad interest, conceditur *a*, eo-
rumq; heredibus *b*. Datur verò tum adversus eos ipsos
qui vi rapuerunt, tum illos quorum consilio ad hoc co-
acti & instructi sunt ut raperent *c*, modo doli capaces
sint *d*, non tamen adversus heredes eorum, ne quidem
in quantum locupletiores facti *e*, nisi lis contestata sit
cum defuncto *f*. Et hac actione damnatus præter il-
lud, quod ex intentata actione præstare cogitur, etiam
infamis fit *g*.

a l. 2. §. 22. & 23. D. h. t. & §. ult. Inst. eod. *b* d. l. 2. §.
ult. in pr. h. t. VVes. in parat. n. 4. D. eod. *c* d. l. 2. in pr. §. 2. &
seqq. VVes. in parat. n. 4. *d* l. 2. in pr. & §. 18. §. 1. & in pr. Inst.
eod. & ibi Borch. Hinc in impuberem qui doli capax non est, hæc ac-
tio non dabitur d. l. 2. §. 19. & §. pen. de ob. qua ex dol. nasc. *e* d.
l. 2. §. ult. in fine l. 1. in princ. de privat. del. VVes. in parat. d. n. 4. in fi-
ne Oldend. cl. 7. act. 9. n. 4. *f* l. 20. & 58. de ob. & act. l. un. C. ex
del. def. & c. §. 1. Inst. de perpet. & temp. act. *g* l. 4. §. fin. & l.
seq. D. de his qui not. inf. VVes. in parat. n. 6.



COROLLARIA.

I.

QVæriiur an ex delicto etiam naturalis
obligatio oriatur, quod affirmamus
a, non tamen propterea quasi delinquens
se ad

se ad delicti poenam obligare voluerit &
a l. 2 §. D. de act. rer. amot. l. 1 §. 3. D.
de furt. §. 1. Inst. eod. l. 42. D. de U. S.
Goed. ad l. 6. D. de U. S. n. 7. §. seqq. Schn. ad
t. de auth. tut. n. 15. §. 16. Myns. ad pr. tit.
de furt. n. 1. ubi §. Schn. ad rub. n. 4. Diss.
gl. ad §. sed ius quidem 2. vers. Et ex hoc. ad
vocab. pene. Inst. de iur. nat. gent. §. civ. b
arg. l. 4. D. de ob. §. act. Pinel. ad Auth. tri-
cennale. n. 32. Diss. Schneid. ad locis Goed.
d. l. num. 10.

II.

Item an is cui ex delicti causa debetur
propriè creditor dicatur? affirmamus.

l. 12. §. 10. de U. S. l. 1. l. ad l. Cornel.
de sic. l. 4. 25. in pr. §. pen. D. de ob. §. ac-
tion. Goed. ad d. l. 10. nu. 6. §. 7. §. ad l.
12. eod. de U. S. n. 8. Vacun. à Vac. lib. 3. des-
clarat. 45. nu. 9. in fine Diss. Donell. ad l. 1.
D. de reb. cred. nu. 17.

III.

Illud quoque controversitur, An fur-
tum iure etiam naturali prohibitum sit,
quod affirmamus.

C 2

§. 1. Inst.

*S. 1. Inst. de furt. § l. 1. §. 3. D. eod. l. 5
D. de iust. § iur. l. 14. D. de cond. indeb.
Myns. ad d. §. 1. n. 9. § Ves. n. 4. § in pa-
rat. n. 7. eod. l. 42. de V. S. § ibi Goed. n. 7.
§ 8. Forcat. in Necyom. Dial. 29. in fine.
Pinel. ad rub C. de rescind. vend. p. 1. c. 1. num.
21. Duar. ad tit. de furt. c. 1 Diss. Alciat. ad
l. 42. num. 3.*

IV.

Quæritur an poena furti non manifesti
L. 12. tab. introducta sit, quod item affir-
mamus.

*l. 1. §. 3. D. furti advers. naut. § c. Cont.
lib. 1. lect. subcis. c. 2. Ves. in parat. D. de
furt. n. 14. Hoto. ad §. 5. Inst. de furt. enunc.
1. Diss. Myns. ad d. §. 5. Inst. de furt. num. 1.
Menoch. de arb. iud. quest. lib. 2. ca. 295. n.
5. Duar. ad tit. de furt. c. 6.*

F I N I S.



99 A 6904

ULB Halle 3
004 976 38X



TA 30L





POSITIONES
DISPUTATIONIS I.
Libr. IV. Institut.

DE FVRTO ET RAPINA

*Ex tit. 1. & 2. nec non aliis D. & C. texti-
bus convenientibus desumpta,*

Q V A S
Divina annuente clementia

PRÆSIDE
Nobiliss. Clariss. ac Consultissimo viro

Dn. ARNOLDO DE REYGER IC.

& in celeberrima Academia Salana Pan-
dectarum professore publico
dignissimo

In privato Collegio defendere conabitur

GERHARDVS AB HOLTZ
Hamburg.

E A S D E M Q V E

CLARISSIMIS AC PRVDENTIS-
SIMIS VIRIS Dn. HENRICO AB HOLTZ V.I.D.
patruo suo, Dn. FRANCISCO SCHROEDERO
Med. Doct. affini, Dn. THEODORO AB HOLTZ
Senatori apud Hamburgenses primario, patruo: patronis
simul ac fautorib. suis summa observantia colendis,
in studiorum suorum atq; obsequii testimoni-
um offert ac dedicat.

I E N Æ
TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.
ANNO MDCCXCV.

